



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

[Præfatio.]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)



SEMITA II.
PERFECTIÖNIS
ILLUMINATIVA,

In qua

Anima Christiana illuminatur,
& exornatur virtutibus.

Præfatio.

SI Regi terreno, Metropolitim suam, pro inauguratione, ingressuro; non tantum viæ mundantur, sordes removentur, inæqualia planantur, senticeta excinduntur; verum etiam ramis, arboribus, herbis, floribus, tapetibus ac peristromatibus exornantur: quidni & nos Regi cœlesti, animæ nostræ arcem subituro, & animæ nostræ regnum occupaturo, viam fragrantibus omnium virtutum floribus adornemus? Quâ verò ratione id præ-
Ac-

SEMITA PERFECTIONIS. 87

stemus, mox ostendemus, dum virtutum definitiones, actus & incitamenta declarabimus, additâ exercitatione assiduâ, oratione, & aspirationibus, quibus eas à Deo bonorum omnium Largitore flagitemus. Hanc methodum & semitam ostendat ac patefaciat nobis, is, qui est *Via, Veritas, & Vita*. Joan 14. Ut per viam veritatis, ad vitam æternam perveniamus!

Sunt autem benè prænotanda, & minimè negligenda, quaterna efficacissima, jam dicta, virtutes acquirendi media, seu

Instrumenta Virtutum.

I. Cognitio virtutum. II. Æstimatio seu appretiatio virtutum. III. Oratio, seu postulatio virtutum. IV. Interna & externa virtutum exercitatio.

Ad omnia illa & singula manuducit præsens Libellus: dum I. Ostendit & explicat, quid sit virtus. II. Pro æstimatione concilianda, addit considerationem, virtutum præstantiam, merita, & præmia exhibentem. III. Petitio cum aspirationibus annectitur, quâ DEI gratia imploratur. IV. Actus denique interni & externi ope Examini Particularis exercendi, proponuntur. Tantùm *Inspice, & fac.*

Exod. 25. *ψ.* 40.

SE-